



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. Violatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Vindictio & restitutio rei ei non competit, qui possidet, *cap. examinata 15. extr. de iudic.*

III.

Vindicatione rei cum agitur, semper specificari debet res, non generaliter peti. *c. significantibus 2. extr. de libell. oblat.*

IV.

Ubi rem meam invenio, ibi eam vindico. *l. 1. C. de rei vindic.*

V.

Quale dominium, talis vindictio inde oriunda, quia talis est effectus, qualis est causa. Ita ergo vindictio alia est directa, alia utilis. *l. 23. pr. ff. de R. V. l. 16. §. fin. ff. de pign. act.*

VI.

Quoties in rei vindicatione concurrunt dominus directus & utilis, toties hic est preferendus, quia huic debetur possessio & fructuum perceptio.

VII.

Quotiescunque dominium utile non est extinctum, toties domino directo contra illum, qui habet dominium utile, nulla datur vindictio. Quia illi, cui competit dominium utile, debetur possessio, hæc autem sine causa ipsi adimi non debet. ut extincto dominio utili, v. g. emphyteutæ Canonem non solvente, dominus directus rem Emphyteuticariam ab ipso vindicat arg. *l. 1. §. 2. si ager vestigal. idem obinet, si superficiarius salarium, in recognitionem domini promissum per aliquot annos non solvat.*

CAP. XXIV.
Vindicta. Ultio.

Axioma I.

Vindicta exerceatur gravior, ubi maior est culpa, *c. excommunicamus 13. §. credentes. extr. de hæret. l. latores 4. extr. de Cleric. excomm. c. ult. extr. de excessib. Prelat.*

II.

Vindicta non est inferenda. *§. 1. in princ. 23. quæst. 4.* Ea enim non est fumenda, sed injuria propullanda. *c. significasti 18. extr. de homicid. cum vindicta, quæ sit animo ulciscendi, omnibus prohibeatur. c. ita plane. c. hæc autem §. ex bis 23. q. 4. c. nisi c. pariter 23. q. 1. nullus 14. C. de iudeis. Exceptio est in speciebus. l. 1. §. 2. C. quando liceat unicuique se vindicare, ubi vid.*

Limita, secus esse in ea quæ infertur animo corrigendi; hanc enim esse licitam, apparet ex *c. non potest. 23. quæst. 4. c. ut constitueretur 25. in fin. dist. 69.* vindictam enim correctionis si iudex non exequatur, graviter offendit, *cap. si is qui c. si Ecclesia. c. est. ni iusta 23. quæst. 4.* Exequatur ergo eam non zelo propriæ injuriæ, sed zelo justitiæ, *c. ita plane 23. q. 4. c. prodest. 23. q. 5.*

III.

Vindictam præcedere debet trina monitio, *c. 1. extr. de Treug. & pac. c. conquestus 16. extr. de for. compet. c. cum speciali 61. extr. de appell. c. si autem 6. extr. de cohabit. Cleric. c. sed nec 4. & seq. extr. ne Clerici vel Monach. c. Clerici 3. extr. de Cleric. excommunic.*

IV.

Vindicta quandoque in paucos exercetur, ut multitudo timeat. *quid faciat. in fin. & c. seq. 23. quæst. 4.*

V.

Vindictam in te non accendat res incognita, nec facile credas. *c. si quid 15. quæst. 7.*

VI.

Vindictam non habent latentia peccata. *c. Christiana 32. q. 5. c. ex tenore 4. extr. de temp. ordin.*

CAP. XXV.
Vinum.

Vinum est luxuriæ incentivum. *c. luxuriosa 3. c. luxuriam 7. dist. 33.* Unde & vino recte conjungitur lascivia in *l. 4. §. 1. ad L. Cornel. de sicar. ex eo enim plerumque lasciviam nasci, tradit Cujac. tr. ad African. ad l. 35. locat. p. 1164.*

CAP. XXVI.
Violatio.

Violari in nullo debet, quod rationabiliter definitum est, *c. cum pie 8. c. Ecclesiastica. 25. quæst. 2.*

CAP. XXVII.
Violentia. Vis. vide supra
Metus.

Axioma I.

Violentia non præsumitur, sed potius contrarium, donec ea clare probetur, *l. non est. 23. ff. quod met. caus. l. metum 9. C. eod. Dec. conf. 219. n. 6. Paris. conf. 10. n. 36. volum. 1. & conf. 67. n. 61. volum. 2. Menoch. conf. 2. n. 326. volum. 1. Alciat. in l. interpositas. n. 3. C. de transact. Vult. 1. conf. Marpurg. 15. n. 240.*

II.

Violentia valde est odiosa. *Burfat. conf. 282. n. 6.* Ex qua dolum argui & probari ait *Myns. cent. 3. obs. 98. & quod in delictum incidat, respondit Decian. conf. 37. num. 18. vol. 3. vid. Vult. 3. Conf. Marp. 22. n. 80.*

III.

Ad violentiam qui provocat, auctor cordis habetur. *l. 1. §. cum arietes 11. si quadrupes pauper. feciss. dic. l. si ex plagis 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. quoniam multa 6. C. ad L. Jul. de vi public. Novell. in tract. de homicid. n. 50. Wefenb. 1. confil. 19. n. 16. & confil. 48. Myns. conf. 27. num. 2. Gail. de pace publ. c. 16. n. 11. & 2. obs. 110. num. 9. Gylman. 4. n. 16. num. 52. pag. m. 139.*

CAP. XXVIII.
Virginitas.

Axioma I.

Virginitas antefertur nuptiis. *c. nuptia 32. quæst. 1.*

II.

Virginitas svaderi potest, imperari non potest. *c. integritas d. q. 1.*

III. Vir-